

Maria Theresia &c.

Reverende, Spectabiles &c. Clemenſiſſima Fidelitatem  
Vraram ſub III<sup>a</sup> evoluti Menſis May ſubmiſſa Re,  
preſentatione, adnexiſq; tam Cottas Congradenſis,  
quam etiam Epſcopalis Conſistorii Viſſienſis relatio,  
nibus de ſtatu Oratorii Brentſienſis hucusq; per  
Acatholicos Helvetios Confeſſionis tertii, pro eius  
nimirum extensione, et reparacione iſdem ſuppli,  
ces recurrerunt bene informate ſumus. Et ſi,  
quidem recognoſcentibus iſdet Conſistorio, et Cottu,  
Teſtibusq; iuratis etiam Acatholicis fundate aſſer-  
retur, Oratorium illud, quo hucusq; Acatholicii uſi  
ſunt, ſpectata tam modernam formam, quam etiam  
am aliis per Teſtes relatis veſtigioſ Catholicam  
ſibi Eccleſiam fuiſſe. Hinc bene reſolvimus,  
ne eius ſeu reparatio, ſeu extenſio ſupplicantibus  
Acatholicis admittatur, verum ipsis pro exercitiis  
ſuo Religionis locus alius numero, et Neceſſitate,  
ſi Populi ſufficiens cum concursu Domini Terre,  
ſtris per Cottum Congrad pro novo Oratorio,  
et Campanili ex fundamentis quidem propter  
frequentes iſdem Exundationes lapideis, non ta-  
men ultra unum, alterumve pedem extra ſuper-  
ficiem Terre educendis, de cetero autem ex li-  
gnis, vel meoſtis lateribus extruendis aſſignetur,  
interea vero, donec novum illud Oratorium edi-  
ficaverint, in uſu moderni Oratorii abſque ta-  
men eius extensione, vel renovatione relinquunt.  
Ne tamen ſtudioſe Acclificationem novi Oratorii  
protrahant, Tempus, quod ad perſequentem iſdem  
Edificium ſufficiens videbitur, memoratus Cottus  
designet,

designet, edificato porro edificio, modernum,  
quod habent, Oratorium, velut palmaria Ecclesia  
Catholica vestigia praeserens. Catholico Ritu  
reconcilietur, et iuxta Opinione[m] etiam Fide-  
litatum V[est]rarum tanquam Filialis ad Regia-  
riensem Ecclesiam applicetur, ac demum de  
ejus Reparatione postquam Catholicis resigna-  
ta fuerit, modis per Fidelitates V[est]ras proje-  
ctatis prospiciatur, ac si necessum fuerit, etiam  
ex Casa Parochorum, facta tamen prius eate,  
nus Majestati Nostrae Representatione succur-  
ratur. Ne deniq[ue] Catholici seu jam in eadem  
Possessione residentes, seu vero se illocare inten-  
dentes cum praesidio Religionis Catholicae  
excludantur, aut vis, vel injuria ipsis quocunq[ue]  
modo inferatur, memoratus Collus Congraci,  
eius auctoritate sua Magistratuali prospiciat,  
et remedium ponat.

Quam hanc Resolutionem Nostram  
Fidelitatibus V[est]ris, sine eo ulterius significamus,  
ut ea quae ad effectum ejusdem in omnibus suis  
punctis pertinuerint, sua via, et loco intimis  
re, et oportune disponere noverint, nec mi-  
serint eadem Fidelitates V[est]rae. Quibus  
in reliquis etc. Datum Vienna die 26<sup>ae</sup> Mensis  
Junij Anno 1776.

Maria Theresia mp.

C. Nidans Palffy mp.

Petrus Regh mp.